



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

Vastovius, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.

Daud Abbas. C.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38534

S. DAVID ABBAS ET
CONFESSOR FLORVIT
ANNO CHRISTI 1063.

ALEXANDRO II. Pontifice.

Vacante Imperio.

INGONE III. Rege.

*S. David ero-
gatis qua ha-
buit in paupe-
res Clunia-
censem ordinē
ingreditur.*

*Patriam mar-
tyrii cupidus
relinquit & in
Sueciam ve-
nit.*

*A.S. Sigfrido
in Vesmaniam
dirigitur. & in
Munkatorp se-
det.*

Miraculum.

*Corpus demor-
tui mirificat-
grat.*

ANCTVS Dauid in Anglia nobilibus & Christia-
nis parentibus natus, à puero in scientia, vitæ pro-
bitate, & charitate Christiana, proficiebat, adeo
ut vniuersis quæ habuit in pauperes erogatis, ordi-
nem Cluniacensem ingressus, in arctissima disciplina & absti-
nentia vitam duxerit. Hic postquam de sanctorum Martyrū
S. Sigfridi nepotum nece certior factus erat, cupiens & ipse
Martyrij pro Christo particeps fieri, in Sueciam se contulit,
atque ex consilio S. Sigfridi, apud Ecclesiam Sneuingensem
in Vesmania (locus hodie Munkatorp dicitur) sedem fixit,
vbi verbum Dei constanter annunciando multas iniurias &
persecutiones perpessus est. Cum iam partim præsenio, par-
tim ex frequentibus lachrymis, in oratione profundi solitus,
oculi eius caligarent, radium solis per fenestram intrantem,
forte conspicatus, & paxillum esse ratus, in eo Chyroticas
appendit, quas postea seruus ut afferret indigentemissus, in ra-
dio solis ut erant inuenit pendentes. Ad extremum vir san-
ctus, dierum & piorum meritorum plenus, ex hac ad vitam e-
migravit æternam. Corpus eius suauissima odoris fragrantia
omnes aduenientes mirifice recreauit.

De eo annales Suetici & vetusta Breuiaria 15. Julij.

G N L